



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac  
Limitationibvs**

**Dueñas, Pedro**

**Venetiis, 1566**

Regvla LXIII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63213](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63213)

D. Petri Duen.

supradictis, in prima amplia. facit text. in l. quisquis. C. de postulat. quod etiam tenet Iaf. in d. l. diem. functo. nu. 11.

Hanc regulam limita quatuor modis, vt per Francif. Purpura. Rubr. ff. de officio assesso. nu. 189.

Et circa quartam fallentiam ibi positam per eum, scilicet, quod si ante terminum potestas decessit, & per accessorem non stetit, ibi lo casu integrum salarium assessori debetur. Ita probat text. & ibi Pau. de Cast. & Iaf. in 3. notab. in diem functo. & quia ista est questio necessaria, & difficilis, omittis fundamentis que in hac opinione lent pro vtraque parte adduci, Dico ei salarium deberi si est promissum, & si datum est, non competere repetitionem. Ita probat text. in l. qui operas. ff. loca. vbi qui operas locauit, totius temporis mercedem debet habere, si per ipsum non stetit quo minus operas prestet. idem probat text. in l. j. §. diuus. ff. de variis & extraord. cognita & in l. penul. & fin. ff. de condict. ob caus. & in l. iij. & in l. si quis. C. de princi. agen. in reb. lib. xij. & in l. fin. C. de domest. et pro ppto. lib. xij. Et vltra Bar. in d. §. diuus. nu. 13. ita tenet Innoc. in c. propter sterilitatem. & ibi Ioan. de Imo. nu. 13. vbi dicit communiter Legistas ita tenere. Eandem opinionem dicit esse communem Iaf. in d. l. diem functo. nu. 36. Philip. Dec. in consil. lxx. nu. 2. Guido Papa in decis. cxij. Ludo. Bologni. notab. in consil. lxxxj. Eandem opinionem dicit etiam esse communem Franc. de Ripa in tracta. de pte. ste. in parte, de priuilegiis contractis in causa pestis. nu. 114. Eandem opinionem dicit etiam communem, vbi latissime eam examinat Lauren. Sylua. in consil. xxviiij. nu. 17. & 18. & 20. quae opinio approbatur hodie de iure regio per text. in l. iij. tit. xxj. partita secunda. Et est etiam pro ista opinione glossa expressa & communiter approbata in §. diuus. in verbo. repeti. in medio.

REGVLA LXIIII.

**AUDIENDVS** non est qui sine exceptione experitur, reo repugnante & inuito. Hanc regulam probat text. in l. si pupillis in §. videamus. ff. de nego. gest. & in l. si quis possessor. in §. penultia. ff. de petito. haeredita. & in l. quoties. in §. j. ff. de administ. tutor.

Hanc regulam per supra dicta iura, vbi eam limitat quinque modis, ponit Zasius in l. si Titius. nu. 7. cum seq. ff. de verb. oblig.

REGVLA LXV.

**AUTHORITAS** quando requiritur non sufficit simplicitet consentire, sed sicut verbum sonat, debet expresse autoritas praestari. Hanc regulam probat text. in l. j. in §. mutus. ff. de tutel. vbi mutus tutor dari non potest. Rationem reddit ibi text. quia autoritatem prebere non potest. idem probat gl. in l. iij. & ibi Bartol. & alij. ff. de autho. tuto. Hanc opinionem regulę dicit esse communem Franc.